





GEMMARUM ANTIQUARUM

DELECTUS;

EX PRÆSTANTIORIBUS DESUMPTUS.

QUE IN DACTYLIOTHECIS

DUCIS MARLBURIENSIS

CONSERVANTUR.

CHOIX

DE PIERRES ANTIQUES GRAVÉES

DU CABINET

DU DUC DE MARLBOROUGH.

TOM. I.

LONDINI:
APUD JOANNEM MURRAY.
M.DCCC.XLV.

INDEX GEMMARUM.

1. SCIPIONIS caput.
2. Syllæ caput.
3. Julii Caesaris caput.
4. M. J. Brutii caput.
5. M. J. Brutii caput cum caduceo, et testudine.
6. Lepidi caput.
7. Augusti caput cum coronâ radiatâ.
8. Augusti caput.
9. Marcelli caput.
10. Liviae protome, et Tiberii caput.
11. Tiberii caput.
12. Germanici caput.
13. Agrippinæ Majoris caput laureatum.
14. Agrippinæ Majoris caput.
15. Galbae caput.
16. Galbae caput.
17. Nervæ protome.
18. Nervæ caput.
19. Marcianaæ caput.
20. Sabinae caput.
21. Antinoi caput.
22. Caracallæ protome.
23. Caracallæ caput.
24. Juliae Domnæ caput.
25. Laocoontis caput.
26. Semiramidis caput.
27. Minervae Alcidae caput.
28. Phocionis caput.
29. Jovis et Junonis capita jugata.
30. Veneris caput.
31. Bacchæ caput.
32. Hercules Bibax stans.
33. Bacchus stans.
34. Faunus Tigridis pelli insidens.
35. Athleta stans.
36. Mercurius stans.
37. Mars stans.
38. Miles de rupe descendens.
39. Diomedes cum Ulysse.
40. Dei Marini.
41. Epaminondas vulneratus.
42. Milites duo.
43. Mulier cum Virgine.
44. Faunus Infantulum genu sustinens.
45. Alexandri Magni effigies cum equo.
46. Æneas, &c.
47. Pompei cuiusdam descriptio.
48. Amazones.
49. Fragmen, Bacchi pompam exhibens.
50. Nuptiae Cupidinis et Psyches.

TABLES DES PIERRES GRAVÉES.

1. TÊTE de Scipion.
2. Tête de Sylla.
3. Tête de Jules César.
4. Tête de M. J. Brutus.
5. Tête de M. J. Brutus avec le caducée, et la tortue.
6. Tête de Lépidus.
7. Tête d'Auguste avec la couronne radiée.
8. Tête d'Auguste.
9. Tête de Marcellus.
10. Buste de Livia, et Tête de Tibère.
11. Tête de Tibère.
12. Tête de Germanicus.
13. Tête d'Agrippine l'ainée couronnée de laurier.
14. Tête d'Agrippine l'ainée.
15. Tête de Galba.
16. Tête de Galba.
17. Buste de Nerva.
18. Tête de Nerva.
19. Tête de Marciane.
20. Tête de Sabine.
21. Tête d'Antinoüs.
22. Buste de Caracalla.
23. Tête de Caracalla.
24. Tête de Julia Domna.
25. Tête de Laocoön.
26. Tête de Semiramis.
27. Tête de Minerve Alcida.
28. Tête de Phocion.
29. Têtes de Jupiter et de Junon.
30. Tête de Vénus.
31. Tête d'une Bacchante.
32. Hercule Buveur debout.
33. Bacchus debout.
34. Faune assis sur une peau de Tigre.
35. Un Athlète debout.
36. Mercure debout.
37. Mars debout.
38. Soldat qui descend un rocher.
39. Diomède avec Ulysse.
40. Dieux Mârins.
41. Epaminondas blessé.
42. Soldat, qui secourt son Camarade.
43. Femme avec une Fille.
44. Faune, qui soutient un Enfant.
45. Alexandre le Grand avec un cheval.
46. Apollon, Enée, et Diomède.
47. Fête en honneur de quelque victoire.
48. Amazones.
49. Fragment d'une fête de Bacchus.
50. Les Noces de Cupidon et de Psyché.

LECTORI EDITOR S.

PASSIM in scriptis Plinianis, ubi de rebus pictis, sculptis, fusis, incisis agitur, (scilicet in Libris xxxiv, v, vi, vii;) nobilitas quædam non modo egregiis artis et ingenii operibus tribuitur, ipsisque operum auctoribus, sed etiam locis in quibus spectarentur; quasi tantarum Elegantiarum sedes inde sibi gloriam derivarent quod in sinu suo tam pulchra et pretiosa complecterentur. Ipsa hæc Gloria Palatio Blenheimensi meritò tribuenda est, non modo ob Pictorum opera celeberrimorum, verum etiam ob gemmas antiquas peritissimè cælatas, quæ in Dactyliothecis Marlburiensibus repositæ sunt. Si quid enim in arte peritus, in specie venustius, in opificio præstantius, auctore Plinio, nobilitatis titulo donandum sit; eundem profecto honorem pretiosissimæ illæ quidem Gemmæ et pulcherrimæ, jure optimo sibi vindicare videntur.

Cum vero hæc ævi vestustioris reliquiae, multiplici sculptura, miraque elegantiæ insignes, jamdiu inter κεμηλια Blenheimensia latuissent, (notæ quidem nomine ac famâ; utpote quæ ab Arundeliae Comite, viro, si quis alias, Antiquitati et Græcae et Romanæ apprimè dedito, olim in Italiâ collectæ,) avus tandem Nobilissimus Duxis Marlburensis, annum circa M.DCC.LXXX. centum delegit ex præstantioribus, tum incisis tum excisis (sermone Italico *CAMEI* et *INTAGLI* vocantur) quarum Iconas fideliter delineatas, affabre incisas, doctissimè descriptas, prelo mandavit.

Editor autem nobilissimus in eo quodammodo peccavisse videtur, (si quid culpe vel erroris viro optimo et integerrimo imputare fas sit, eidemque de literis et artibus elegantioribus et scientiis optimè merito;) quod id sibi tantum in Editione suâ proponeret, ut principibus viris, domi et foris, et amicis quibusdam rei glyptographicæ studiosis, et Bibliothecis Academicis, librum typis, iconibus, eruditione insignem, observantiæ ergo donaret. Cum arctissimos hosce intra fines totum imprimendi consilium concluderet, non nisi centum operis impressi exemplaria e Prelo prodierunt: scilicet ut haberet, unde donis honorariis et propositæ liberalitati satisfaceret: ne unum quidem, vel prece vel pretio ignotis comparare licuit.

Non sine magno literarum et literatorum detimento id evenisse, quis non videt? quis sine querelâ non fatetur? Nihil enim in opere conscribendo, nihil in perpoliendo et ornando, vel omissum, vel parum cautum et provisum erat, quo Libri nobilitas adaugeretur. Operi adfuit vir doctissimus **JACOBUS BRYANT** in antiquioris ævi notitiâ et

a

in literis politioribus præclarus: manu ille promptissimâ facem antiquitatis Gemmarum tenebris prætendit et singularum Descriptiones Latinitate aureâ ditavit. Adfuit etiam Artifex, molliore quodam pingendi genere celeberrimus, **CIPRIANI**: qui, perspicillo ad justum intervallum adhibito, subtiliora Gemmarum *iδιώματα* diligentissimè perscrutatus est, summâque fide, nec minore elegantiâ delineavit. Adfuit itidem Chalcographus ille eximius **BARTOLOZZI**, qui Pictoris delineationes scalpro fidelissimo imitatus est; quas more suo (id est, more mixto, et punctim et linearum ductu, habitâ operis ratione) æri incidit. Hi omnes communi et mentis, et manuum ministerio, ad Libri perfectionem conspiraverunt.

Quæ cum ita essent, non dubitandum est, quin **ANTIQUARUM GEMMARUM DELECTUS** (Titulus enim ille Operi præpositus est) tot, et tantorum virorum auxiliis elaboratus, et ad finem felicitè perductus, e Prelo, more solito, in usus communes prodire debuisset. Libri enim artium et literarum studiis inservientes, non imprimendi tantum sed et in literatorum manus tradendi sunt, non cum singulis ex favore, sed cum universis bono publico, communicandi. Scriptorum insuper et artificum famæ debetur, si quid in suo genere egregium perfecerint, publica hujusmodi operum dispensatio, non privata quædam inspectio et distributio.

Hæc secum reputans Dux Marlburiensis (qui cum honoribus a majoribus acceptis pristinum etiam Gemmarum, et literarum, et scientiarum, studium conjungit), tam felici laborum et ingeniorum conspirationi deesse noluit: contra autem sui esse officii duxit, librum publici juris facere. Quapropter, ampliatis aviti consilii finibus, Viro Nobilissimo placuit, et Literatorum et literarum gratiâ, hanc editionem ita in lucem exire, ut ad vendendum et emendum facultas daretur. Largiore nunc et liberiore voluminum impressione, non modo amicorum oblectationi, sed et reipublicæ literariae commodis et utilitatibus consultum et provisum est.

AVERTISSEMENT DE L'EDITEUR.

PLINE fait partout dans son Histoire Naturelle l'éloge des chefs d'œuvres de l'Antiquité, soit en peinture, soit en bronze, en marbre, ou en gravure sur pierres fines ; et il qualifie de noble ce que les grands Artistes ont laissé de plus parfait dans ces différens genres. Il ne témoigne pas moins d'admiration pour les auteurs de ces beaux ouvrages ; et les lieux même, où sont déposés ces précieux monumens, partagent, selon lui les honneurs de la célébrité avec les Artistes et leurs travaux ; comme si les rayons de leur gloire se répandoient, autour de la place même où brilloient ces chefs d'œuvres merveilleux. Selon ce principe de Pline, le Palais de Blenheim doit réclamer à juste titre la même distinction, non seulement à cause de ses tableaux célèbres, mais aussi par rapport aux pierres gravées que renferme le Cabinet du Duc de Marlborough. Car s'il est vrai, que tout ce qui est excellent en composition, et vraiment beau, et parfaitement travaillé comme ouvrage, est digne du nom et titre de *noble*, la même noblesse doit être accordée aux agates, cornalines, calcedoines gravées par les grands Artistes de Grèce, de Rome, et de Sicile, dans la Collection de Blenheim.

Ces chefs d'œuvres Glyptiques se reposoient long tems dans l'obscurité, (n'étant connus aux amateurs que de nom seulement, et comme la Collection faite par le Comte d'Arundel, célèbre antiquaire qui les a recueillis vers l'an 1636, pendant son séjour en Italie,) lorsque le très noble Possesseur de ces Pierres gravées en a choisi une centaine des plus belles tant en creux, qu'en relief, dont les copies prises avec fidélité, expliquées avec érudition, et gravées avec élégance, ont été livrées à la presse en 1783.

Mais le très noble Editeur s'est borné dans son impression à cent exemplaires, pour en faire des dons honoraires aux Princes, et Seigneurs, soit dans l'étranger, soit en Angleterre, et aux Bibliothèques d'Oxford, et de Cambridge, et à ses amis dont il connoissoit le goût pour ce genre de Sculpture. S'il étoit permis de trouver quelque chose à redire dans cette résolution de la part d'un Pair, distingué autant par sa probité, sa bienveillance, son amour pour les lettres, les arts, et les sciences, que par sa haute noblesse, il pourroit être observé, que ces restrictions, quant au nombre d'exemplaires, et de ceux auxquels ils durent être présentés, paroissent trop exclusives. Un livre, qui traite d'une branche des beaux arts, très intéressante, et peu connue, dont la typographie, les gravures, l'érudition reclamoient une circulation étendue, ne devoit pas avoir été renfermé, pour ainsi dire, entre les limites

trop étroites de l'amitié personnelle ou du respect pour des particuliers. Les inconnus quelque fût leur mérite, ne pouvoient à aucun prix devenir les possesseurs de ces tomes.

Il n'y a pas de doute que ces restrictions faisoient tort aux beaux arts, et à ceux qui les aimoient; car l'ouvrage étoit très bien écrit, orné, perfectionné, par les soins réunis de ceux qui étoient très distingués par leurs connaissances comme hommes de lettres, et par leur goût et habileté, comme artistes: il ne manquoit rien, soit en matière, soit en embellissement, qui pouvoit rehausser l'éclat de l'ouvrage. Jacob Bryant y consacroit les talens de son esprit, et de sa plume, et jetoit les lumières de son sçavoir Archéologique sur ce qui étoit obscur dans les sujets gravés sur les pierres, enrichissant ses commentaires par l'or pur et précieux de sa Latinité. Cipriani, Peintre très bien connu par sa manière suave et délicate, veilloit aussi à la perfection de l'ouvrage, et à l'aide de verres optiques, faisoit ressortir les plus petits traits de ces pierres gravées, et en faisoit des copies avec la plus grande fidélité. Pour les estampes, Bartolozzi prétoit les traits délicats de son burin, et déployoit les résultats de son goût, et de son expérience dans ses gravures, dans lesquels il se servoit de la manière mixte, c'est à dire, il les gravoit non seulement au trait, et par hachures, mais aussi par des petits points, selon la douceur ou la force du sujet.

Un ouvrage si bien exécuté, soit sous le rapport de l'érudition, soit sous celui du dessin et de la gravure, instructif de plus aux amateurs de l'antiquité et des beaux arts, et surtout aux dessinateurs, quelque soient leurs génies comme peintres, ou leurs talens comme artistes, demandoit la publication. La publication étoit due à l'ouvrage même, et aux littérateurs qui y étoient employés, et à la république des belles lettres et des beaux arts.

Tout Livre qui peut servir aux études et à étendre nos connaissances dans ces beaux champs de littérature, demande d'être publié, et, non d'être présenté seulement à des particuliers en témoignage de respect ou d'amitié. C'est sous ce point de vue que ce Recueil a été envisagé par le Duc de Marlborough, héritier non seulement des honneurs de ses ancêtres, mais aussi de leur goût pour les belles Lettres et les sciences, pour la peinture, l'architecture, et la gravure des lapidaires anciens; c'est pourquoi, il n'a pas voulu manquer à ce qu'il croyoit être de son devoir dans cette Publication. Il a reculé les bornes, qui limitoient si étroitement la première impression, et en même tems qu'il a satisfait les amateurs des beaux arts, il a mis ce bel ouvrage à la portée de tout le monde Littéraire.

LIBRARUM ANTIQUARUM

DELECTUS

CHOIX

RECERES ANTIQUES GRAVÉ



GEMMARUM ANTIQUARUM

DELECTUS.

CHOIX

DE PIERRES ANTIQUES GRAVÉES.

I.

*Publii Scipionis Africani Caput Juvenile.
Opus elegantissimum.*

DE hâc P. Scipionis Africani imagine diversæ sunt inter doctos sententiae; quam tamen a perito artifice Siculo elaboratam credibile est: artes enim Græcanicæ nondum Romæ innotuerant: et ipse post deletam Carthaginem in Siciliâ diu versabatur. Florebat autem tunc temporis ea regio optimarum artium studiis et disciplinis: et exquisitos opifices, tam suos, quam exteros, habuisse comperta est. Assentiri videtur Cicero in Verrinâ quartâ, de eodem Scipione loquens, et de eâdem regione. “Credo tum, cum “Sicilia florebat opibus et copiis, magna articia fuisse in eâ “insulâ. Nam domus erat nulla paulo locupletior, quâ in “domo non esset (etiamsi præterea nihil esset argenti) patella “grandis cum sigillis et simulacris Deorum. Haec autem “omnia antiquo opere, et summo artificio facta.” Fuerunt etiam statuae, et toreumata: quorum multa a Carthaginiensibus direpta, summâ cum religione restituit Scipio. Multa vasa opere Corinthio cœlata, in fanis reposuit; et inscripto suo nomine dedicavit. Et id non solum religione inductum, sed studio et scientiâ, fecisse eum innuit Cicero; cum doctissimum nuncupat, et omnibus rebus præstantissimum; simul adjiciens, *quam pulchra essent, intelligebat.* Quæ cum ita sint, quid vetat, quin et incolas posuisse statuas bene merenti, et sigilla in ejus gratiam fecisse credamus, utpote acceptissima patrono suo; et quæ clementiam ejus, et benevolum in Siculos animum posteris commendarent? Mihi sane persuasum est, hanc pulcherrimam gemmam, non serò ac temerè ad arbitrium artificis, verùm illico ad Scipionis ipsius vivi imaginem fuisse perfectam.

Achates bicolor, eximiæ pulchritudinis, inferiori strato pellicido, superiori albido: genâ vero, et colli parte inferiori, subcarneis. Excis.

I



—

I.

*Publius Scipion l'Africain.
Tête de jeune Homme ; morceau fini.*

QUOIQUE les savants soyent partagés sur cette tête de Scipion l'Africain, je n'hésiterai pas à la donner pour l'ouvrage d'un habile artiste Sicilien : les arts de la Grèce n'avoient point encore passé à Rome du temps de Scipion ; et l'on sait, qu'il fit un long séjour en Sicile, après la prise de Carthage. Toutes les sciences étoient alors cultivées dans cette Isle ; et il s'y trouvoit plusieurs excellents artistes en tout genre, et de tous les pays : c'est ce qui paroît par ce passage de Ciceron dans sa quatrième harangue contre Verres, où il est question de la Sicile et de Scipion. " Il doit y avoir " eu de grands artistes dans cette isle du tems de sa prospérité " et de son opulence ; car il n'y avoit aucune maison, un peu " aisée, dans laquelle il ne se trouva du moins une grande " patère pleine d'anneaux, et de simulacres des Dieux en " argent ; le tout antique et d'un travail parfait." On y voyoit aussi des statues, et des bas reliefs, qui avoient été enlevés par les Carthaginois du tems de leurs succès et que Scipion restitua religieusement ; ainsi que plusieurs vases Corinthiens, qu'il fit replacer dans les temples, avec des inscriptions portant, que c'étoit Scipion qui les consacroit. Il paroît aussi par un autre passage de Ciceron, où il qualifie Scipion d'homme savant, d'homme accompli, et qui s'entendoit aux beaux ouvrages, qu'il n'en avoit pas agi ainsi uniquement par sentiment de dévotion, mais par goût et par amour pour les arts. Si cela est, il est probable que les Siciliens lui auront érigé des statues, *bene merenti*, et qu'ils se seront plus à faire graver son image sur leurs anneaux : témoignage propre à flatter son goût, en même tems qu'il devoit faire passer à la postérité, la memoire de sa clémence, et de ses bienfaits envers la Sicile. Enfin je suis persuadé, que cette belle pierre ne presente pas uniquement un ouvrage d'imagination fait dans des tems postérieurs, et d'après le caprice de l'artiste ; mais que c'est un portrait d'après nature, pour lequel Scipion lui-même a servi de modèle.

Très belle Agathe à deux couleurs ; la partie inférieure est transparente, celle de dessus est blanchâtre : la joue et une partie du cou sont couleur de chair. Camée.

Lucii Cornelii Syllæ Caput.

FUIT hic L. C. Sylla homo immitti ingenio, et moribus acerbis: alioquin animi magnificus; et literis Græcis Latinisque non mediocriter instructus: doctus ipse et doctorum fautor. De ejus Dictaturâ, seu potius infami Tyrannide, multa multi scriptores retulerunt: inter quos Cicero hæc non contemnenda tradidit, “ Unus fuit post Romanam conditam (Dii “ immortales faxint, ne sit alter) cui Respublica totam se “ tradidit, temporibus coacta, et malis domesticis, Lucius “ Sylla. Hic tantum potuit, ut nemo, illo invito, nec bona, “ nec patriam, nec vitam retinere posset. Tantum habuit “ animi ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret, “ bona Civium Romanorum cum venderet, se prædam suam “ vendere.” Morum asperitati non malè conveniebat vultus severitas: fuit enim aspectu truci, et oculis glaucis, quibus acutè et acriter intuebatur; contractis insuper superciliis: quæ omnia, mollita quidem et attenuata in hâc gemmâ, tamen probè adumbrata sunt.

Corneolus. Incis.

II



II.

Tête de Lucius Cornelius Sylla.

L. SYLLA avoit le naturel dur, et les mœurs atroces : d'ailleurs il avoit de l'élevation dans l'âme, et une connoissance, plus que commune, des lettres Grecques et Latines : il les cultivoit et les protégeoit.

Plusieurs auteurs nous ont laissé des détails sur sa Dictature, ou plutôt sur son infame Tyrannie : nous avons là dessus un passage de Cicéron qui mérite d'être rapporté : " Il fut " un seul homme depuis la fondation de Rome, (fassent les " Dieux, qu'il n'en existe jamais un second) il fut un seul " homme, auquel la Republique, forcée par les circonstances " et par les dissentions civiles, s'est livrée toute entière. " C'est L. Sylla, qui a disposé en maître de la fortune et de " la vie de tous ceux, qui lui ont déplû ; il a poussé l'audace " au point, qu'il ne rougit pas de dire dans l'assemblée même " du peuple, lors qu'il faisoit vendre les biens de plusieurs " citoyens Romains à l'encan, que c'étoit la part du butin " qui lui étoit échû." La sévérité de son visage ne répondoit pas mal à la rudesse de ses mœurs. Il avoit l'air farouche, des sourcils froncés, les yeux bleus, le regard perçant et rude : tout cela se voit sur la pierre que nous décrivons, mais adouci et amolli par la touche de l'artiste.

Cornaline. Gravure en creux.

III.

Julii Cæsaris Caput Laureatum, cum lituo et astro.

HUJUS viri celeberrimi historia nimis est nota, quam ut nostrâ commemoratione, vel præconiis indigeat. Hoc tantum referre liceat ex Suetonio, fuisse eum celsâ staturâ, colore candido, teretibus membris, ore paulò pleniore, et nigris vegetisque oculis. Cumque Calvitii deformitate laboraret, id dicitur iniquissimè tulisse: et ex omnibus honoribus sibi a Senatu Populoque Romano decretis, non aliud recepit, aut usurpavit libentius, quam jus laureæ perpetuo gestandæ. Unum restat, quod præterire non æquum esset, cum de sculpturis et gemmis sit sermo; summo fuisse eum in has artes studio: hinc signa, sigilla, et antiqui operis toreumata, diligenter comparavit: quodque maximum est, idem, cum esset postea Dictator, sex dactylothescas, immensi, uti credibile est, pretii, in Veneris Genetricis aede consecravit: dignus sanè, qui ab arte celebraretur, quam tantopere adamaverit.

Onyx pulcherrimus. Incis.





—

III.

Jules César.

Tête couronnée de laurier, avec le lituus, ou bâton augural, et l'étoile.

L'HISTOIRE de cet homme célèbre est trop connue pour qu'il ait besoin de nos louanges : il suffira de rappeler ce que dit Suetone de sa personne. Il étoit de belle taille, avoit peu de couleur, les membres longs, la bouche grande, et les yeux noirs et pleins de feu ; il étoit chauve et très sensible à ce défaut ; ce qui fit, que de tous les décrets que le Sénat et le Peuple Romain firent en son honneur, il n'y en eut point, qui lui fit plus de plaisir, que le droit de porter toujours la couronne de laurier. J'ajoute encore un mot, qui ne peut être omis, lorsqu'il est question de pierres gravées ; c'est son amour extrême pour les beaux arts : il avoit amassé beaucoup de statues, de bagues, et de vases ; et lorsqu'il fut devenu Dictateur, il consacra six écrains remplis de bagues (d'un immense prix, comme on se l'imagine bien) dans le temple de Venus, surnommée Génétrix. Il étoit juste, qu'un art, pour lequel il avoit tant fait, servit à l'immortaliser.

Très belle Onyx. En creux.

IV.

Marci Junii Brutii Caput.

VIR operum sculptilium peritissimus, idemque *Opifex egregius, dum apud nos commorabatur, hanc gemmam, utpote exquisiti operis, in summâ semper aestimatione habuit. Cumque non pauca sunt ejusdem argumenti exemplaria, hanc aiebat esse archetypum, ad cuius imaginem cætera ferè omnia sunt efficta.

Corneolus. Incis.

* Laurentius Natter ex oppido Biberach in Suabiâ oriundus :
summus Artifex.



IV



IV.

Tête de Marcus Junius Brutus.

UN des premiers * Artistes, ainsi que des grands Connoisseurs, qu'ait produit ce siècle, a dit souvent, pendant son séjour en Angleterre, qu'il faisoit le plus grand cas de ce bel ouvrage : Il le regardoit comme l'original, sur lequel presque toutes les autres pierres de Brutus (qui sont en très grand nombre) avoient été gravées.

Cornaline. En creux.

* Laurent Natter natif de la ville de Biberach en Souabe :
Artiste du premier mérite.

V.

Marci Junii Bruti Caput, cum caduceo et testudine.

PER caduceum virum Mercurialem, et legationibus functum, describi volunt. Prudentiae symbolum, et felicitatis, testudo est, secundum Joh. Pierium Valerianum: cuius omnis faustitatem secuta Cæsariana familia domesticum morem habuit, ut parvuli domus ejus in testudineis alveis lavarentur. Nec apud Cæsarianos solos invaluit ea sospitatis opinio: apud Græcos etiam obtinuit: unde in eorum templis ac domiciliis idem conspiciebatur symbolum.

Hæc Junii Bruti Imago, non priori inferior, ab eximio antiquo sculptore perfecta est.

Onyx. Incis.



v



V.

Tête de Marcus Junius Brutus, avec le caducée, et la tortue.

LE caducée désigne un Négociateur habile, qui s'est distingué dans les Ambassades. La tortue, selon Jean Pierius Valerianus, est le symbole de la prudence et du bonheur. Cette dernière explication étoit si reçue dans la famille des Césars, que les berceaux, dans lesquels on lavoit les enfans, qui y naissoient, étoient faits d'écailles de tortues : Au reste, les Césars n'étoient pas les seuls, qui eussent adopté cette idée de bonheur attaché à la tortue ; elle avoit aussi prévalu dans la Grèce, où l'on voyoit le même symbole dans les temples des Dieux, et chez les particuliers.

Cette tête de Brutus, qui ne le cède en rien à la première, est aussi l'ouvrage d'un excellent graveur ancien.

Onyx. En creux.

VI.

Lepidi Caput cum lituo.

HUJUS Triumviri in gemmis effigies non raro occurrit, sed
vulgaris plerumque commatis, et neutiquam probandi.
Hinc pretium accessit et aestimatio huic præstantissimæ gemmæ
propter ipsius raritatem, et insolitum operis artificium.

Corneolus. Incis.



VI



VI.

Tête de Lepidus avec le lituus.

IL n'est pas rare de trouver la tête de ce Triumvir sur les pierres gravées, mais l'ouvrage en est ordinairement médiocre et peu fini. C'est ce qui rehausse le prix de cette belle pierre, qui n'est pas moins recommandable par sa rareté, que par l'excellence du travail.

Cornaline. En creux.

VII.

Augusti Caput cum coronâ radiatâ.

AUGUSTUM velle se pro Apollinis filio haberi apud Suetonium legimus; et in cœnâ δωδεκαθεφ, ubi Deorum Dearumque habitu discumbebant convivæ, ipsum semper pro Apolline ornatum. Extant etiam numismata, in quorum parte aversâ Apollo singitur laureatus, in saxo cum eitharâ sedens: ibidem adscripta verba ambigua, CÆSAR DIVI F: vel Julii scilicet, vel Dei Natus. Augusti caput, “Solis radiis “perfusum circumactumque,” in Nuptiis memorat Martianus Capella. Inde evenit, quod in hâc gemmâ cum coronâ radiatâ sub Apollinis specie conspicitur. Quin integrum ipsius simulacrum positum narrant cum omnibus insignibus Dei. Quis hujus sculpturæ fuerit auctor, non constat. Opus certe eximium, et inter rarissima aestimandum.

Sardonyx bicolor pulcherrimus, et magnitudine perinsigni, inferiori strato subfuscō, superiori albo. Excis.



VII



i,
i,
e
s
s
à
:
n
o
n
l

VII.

Tête d'Auguste avec la couronne radiée.

NOUS apprenons de Suétone la fantaisie qu'avoit Auguste de passer pour fils d'Apollon, et sa coutume de paroître toujours avec les ornemens de ce Dieu à ce souper célèbre dit *δωδεκάθεος*, ou des douze Divinités ; où chacun des convives prenoit les ornemens et les attributs d'une des douze principales Divinités de l'Olympe.

Il nous reste aussi des médailles de lui, dont le revers est un Apollon couronné de laurier, assis sur un rocher, tenant sa harpe à la main, avec cette inscription à double sens, CÆSAR DIVI F : que le lecteur étoit maître de rendre par fils de Dieu, ou fils de César. Martian Capella dans son ouvrage intitulé, " Les Nôces de la Philologie," fait mention d'une tête d'Auguste couronnée de rayons.

Tout cela explique pourquoi on le voit avec la couronne radiée sur cette pierre, où il est en Apollon. On prétend, qu'il y avoit une statue, où il étoit représenté avec tous les attributs du Dieu. Nous ne savons du reste, qui a gravé cette belle pierre ; mais l'ouvrage en est excellent, et des plus rares.

Très belle et très grande Sardoine à deux couleurs ; la couche de dessus est blanche, celle de dessous tire sur le brun.
Camée.

VIII.

*Augusti Pontificis Maximi insignibus induiti caput cum pectore:
plenā facie.*

SI abasset corona laurea, hunc non modo Pontificis Maximi habitum, sed etiam mōrentis in funere, et perorantis crediderim: idque factum esse vel in Marcelli defuncti honorem, vel potius Drusi; quem in Foro deflevit Augustus; et in concione laudavit: cuius etiam in exequiis omnia pietatis officia diligenter præstítit. Sed nec obstat omnino corona, quo minus ita se res habeat. Nam lauro redimiti sunt duces mortui; unde nonnunquam in defunctorum ritibus adhibitam constat. Cumque hujusmodi sacris præfuerit Pontifex Maximus, non nisi Pontificis habitu præfuisse potuit. In Agrippæ funere narrat Dio defuncti corpus linteo fuisse tectum, ne ab Augusto in laudationibus consiperetur; quod ipsi, utpote Pontifici Maximo, fuisset piaculo. Quare si hos ritus, non modo, ut affinis, procuravit Augustus, sed iisdem, ut Pontifex Maximus, præfuit; nihil impedit, quin et in luctu laurum retinuisse potuerit. Hujus in sigillis imaginem a Dioscoride præcipue scalptam esse narrat Plinius: quibus sigillis Principes, qui secuti sunt, secundum Dionem, et Suetonium, literas suas obsignabant. Et licet præsens opus alterius sit generis, utpote excusum; ab eodem tamen artifice provenisse merito credatur. Sane vir, harum rerum peritissimus, cuius modo mentionem feci, in hujus gemmæ præstantissimæ cælaturā se Dioscoridis subtilitatem, et exquisitum opificium, dignoscere constanter et firmissime asseverabat.

Prominet capitinis figura, utpote integro opere anaglypho expressa: et quasi exire e lapide, et prospicere videtur.

Achates albus Orientalis. Excis.

VIII



VIII.

Auguste en grand Pontife : Tête.

NEETOIT la couronne de laurier, je n'hésiterois pas un instant de prononcer que c'est un Auguste, non seulement en Pontifex Maximus, mais qui pleure et qui fait un éloge funèbre : j'ajouterois, qu'il pleure Marcellus, ou plutôt Drusus, qu'il pleura effectivement ; dont il fit aussi l'éloge funèbre dans l'assemblée du peuple, et auquel il rendit en personne, et religieusement, les derniers devoirs. Mais pourquoi ne suivrois-je pas mon idée ? Les têtes des Généraux morts étoient ceintes de laurier ; rien n'empêche donc, qu'on ait pu en porter dans ces espèces de cérémonie. Or comme c'étoit le Pontifex Maximus, qui y présidoit, il ne pouvoit y présider qu'en habit de Pontifex Maximus. Il y a plus ; Dion nous dit en autant de termes, que le corps d'Agrippa fut couvert d'un voile lors de son enterrement, afin qu'il ne fut pas vu par Auguste, qui prononçoit son éloge funèbre : Si l'on n'avoit pas pris cette précaution, ajoute l'historien, l'Empereur comme Pontifex Maximus auroit été obligé à une expiation.

Pour revenir présentement à notre Pierre ; si Auguste a ordonné ces cérémonies comme Parent, et s'il y a présidé comme Pontifex Maximus, rien n'empêche, qu'il n'y ait gardé sa couronne, quoique dans le deuil.

Pline dit que les têtes de ce Prince, gravées en cachet, étoient presque toutes l'ouvrage de Dioscoride. Suétone et Dion Casse ajoutent, que c'étoient ces cachets dont se servoient les Princes ses successeurs pour cacheter leurs lettres. Quoique l'ouvrage, que nous contemplons, ne soit point en cachet, mais en Camée, je crois cependant, et j'ai le bonheur d'être appuyé dans mon sentiment par l'habile homme dont j'ai parlé plus haut, qu'il est du même grand Artiste ; au moins Mr. Natter y reconnoissoit-il toujours son travail fin et délicat.

La Tête est presque de ronde bosse ; elle a un grand relief, et paroît se détacher de la pierre.

Agathe orientale blanche. Camée.

IX.

*Marcelli, Octaviæ Filii, Augusti Nepotis, Caput.
Opus elegantissimum.*

MARCELLUM hunc, "egregium formâ juvenem," et breves populi Romani delicias, in gemmis non paucis designatum esse docemur. Hujusmodi exemplar Tristamus exhibuit; et in Virorum Illustrum Imaginibus Fulvius Ursinus. Eundem in celeberrimo Achate Tiberiano sculptum contendit doctissimus Peireskius: de quâ re tamen inter literatos non convenit. In nummo etiam Medicæo sunt, qui conspici credunt. Quare recte consuluisse artifices innuit Spanheimius, et artem ipsam collaudat; quod contra iret fatis; et quem tantum terris ostenderent illa, non omnino posteris invidisse pateretur.

Obiit admodum juvenis apud Baias, anno ætatis suæ decimo octavo; non sine veneni dati suspicione. Quâ virtute fuerit, et morum suavitatem, si qua fronti fides, ex hoc egregio ectypo cerni potest. Observatione dignum est, quod proavum suum, Divum Julium, imitatus, dactyliothecam, gemmis egregiis repletam, in Apollinis Palatini Aede consecravit.

Achates bicolor, inferiori strato nigro, superiori candido.
Excis.

IX



IX.

*Tête de Marcellus, Fils d'Octavie, et Neveu d'Auguste.
Ouvrage des plus élégans.*

CE Marcellus, l' "egregius formâ juvenis" de Virgile, et les trop courtes délices de Rome, se rencontre souvent, à ce que l'on nous apprend, sur les pierres gravées. Tristan en a donné une tête, qui ressemble fort à la nôtre ; il y en a une parmi les portraits d'Hommes et de Femmes Illustres tirés du cabinet de Fulvius Ursinus. Peiresc prétend, qu'elle se trouve aussi sur la fameuse Agathe Onice de la Sainte Chapelle ; mais tous les savans ne sont point d'accord sur celle-là, non plus que sur celle, que l'on croit voir sur une Médaille du cabinet de Médicis.

Quoiqu'il en soit de ces deux dernières, cette tête a été assez souvent gravée pour justifier le mot de Spanheim, qui louoit les Artistes de ce qu'ils avoient su rendre nuls les décrets des destins, en conservant ce Marcellus, que ceux-ci n'auroient voulu que montrer à la terre.

Il mourut à Baies dans sa dix-huitième année, non sans soupçon de poison.

Si le visage est une représentation fidèle de ce qui se passe dans l'âme, ce beau Camée nous donne une haute idée de la vertu, et de la douceur des mœurs de Marcellus. Nous ne pouvons omettre, qu'à l'imitation de son bisayeu César, il déposa son baguier, rempli de belles pierres gravées, dans le Sanctuaire du Temple d'Apollon sur le Mont Palatin.

Agathe de deux couleurs ; la première couche est blanche, l'autre noire. Camée.

X.

*Liviæ Protome cum Capite laureato, et velato Pectore ; simul
Tiberii Pueri prope adstantis Caput, arboris ignotæ foliis
redimitum.*

GEMLA sane per se pretiosa : sed artificio longe pretiosior.
Summa est in Liviæ vultu venustas : neque Tiberio deest
dignitas, et virilis pulchritudo, quamvis severitate quādam
castigata. Contracta sunt leviter supercilia : frons etiam
obnubila, et parum lēta ; tanquam, quis esset futurus, etiam
in pueritiā portenderet. Matris in natum pietas probe
adumbrata est : quam tamen ejus temporis poeta nunquam
extitisse, neque potuisse, contendit.

Asper, et immitis, breviter vis omnia dicam ?
Dispeream, si te Mater amare potest.

Turcois, rarae magnitudinis : opere Anaglypho, quod
maxime prominet.



X.

Livie : Buste, avec la Couronne de Laurier ; la Poitrine est couverte. Auprès est la Tête du jeune Tibère, qui porte une Couronne de feuilles d'arbre, dont l'espèce est inconnue.

VOICI une pierre précieuse pour le fond, mais qui l'est bien davantage encore par le travail. Les traits de Livie sont de la plus grande beauté : ceux de Tibère ont une beauté mâle ; on y voit même de la dignité, mais trop de sévérité la dépare : les sourcils un peu froncés, un front couvert et triste, annoncent déjà ce que cet enfant deviendra un jour. L'Artiste a parfaitement saisi le caractère de l'amour maternel ; si pourtant Livie a pu sentir de la tendresse pour Tibère : un Poëte du tems assure, que cela étoit impossible.

Implacable, sévère,
Et que ne peut souffrir l'oeil même d'une Mère.

Très grande Turquoise. Camée.

XI.

Tiberii Caput Juvenile.

DE Tiberio perhibent Scriptores, fuisse eum liberali aspectu, et facie non indecorā, sed oculis grandioribus; in quibus inerat, siqua narrantibus fides, et in tenebris videndi facultas: hoc tamen ad breve tantum, cumque primum e somno expergisceretur. Incedebat plerumque cervice rigidā et obstipā: et in ultimis vitæ temporibus capillum submissiorem nutriebat, ut cervicem a tergo obtegeret. Homo fuit in senectute omnium miserrimus; quem scelerum suorum conscientia perpetuo angebat. Post parricidia, cædes, et varia crudelitatis exempla, in insulas et solitudines sese abdidit; siqua populi criminationes, et sui ipsius ægrimoniam effugere posset. Superest ejus ad Senatum epistolæ pars, quæ desperationem viri, et internum animi angorem, abunde declarat. “ Quid scribam vobis, “ Patres Conscripti, aut quomodo scribam, aut quid omnino “ non scribam hoc tempore, Dii me, Deæque, pejus perdant, “ quam quotidie perire sentio, si scio.”

Obiit in Villā Lucullanā, octavo et septuagesimo aëtatis anno; pertæsus sui, et bonis omnibus perosus.

Achates bicolor, inferiori strato pellucido, superiori albo.

Excis.

XI



XI.

Tête de Tibère encore jeune.

TIBÈRE, au rapport des écrivains de l'antiquité, avoit l'air noble, et n'étoit pas laid, quoiqu'il eut de gros yeux, qui lui sortoient presque de la tête : c'est peut-être à ce vice de conformation qu'il devoit (si tant est qu'il l'eut) la faculté de distinguer les objets dans les ténèbres, qu'il possédoit, dit-on, pendant quelques instans seulement, à son premier réveil. Il marchoit d'ordinaire le col roide et panché sur l'une des épaules. Sur la fin de sa vie il avoit laissé croître ses cheveux, qui lui tomboient sur le dos, et qui cachoient son col. Toujours bourrelé par le souvenir de ses crimes, on ne peut imaginer de vieillesse plus malheureuse, que la sienne.

Cherchant enfin après des parricides, des assassinats, et des exemples rares de cruautés de tout genre, à se fuir lui-même, ainsi que les reproches de tout un peuple, il alla se cacher dans des îles, et dans des solitudes.

Il nous reste un fragment d'une de ses lettres au Sénat, qui peint, on ne peut pas plus vivement, l'angoisse et le désespoir, qui le dévoroient sans cesse. " Si je sc̄ais dans le moment, " Pères Conscripts, ou comment vous écrire, ou ce que je vous " écrirai, ou ce que je ne vous écrirai pas, que les Dieux et " les Déesses me fassent périr d'une façon plus triste encore " que celle, dont je me sens périr tous les jours."

Il mourut enfin à l'age de 77 ans dans une maison de campagne, qui avoit appartenu à Lucullus, las de lui-même et haï de tous les gens de bien.

Agathe de deux couleurs ; la couche inférieure est transparente, l'autre est blanche. Camée.

XII.

*Germanici Togati Protome cum Capite laureato, Facie plenâ, et
Figurâ extante, et rotundiori; pereleganti opificio elaborata.*

SI ex indiciis vultûs conjecturam facere licet; et boni quidquam faustique ominari; omnia ex hujus gemmæ auctoritate pro certis habeamus, quæ in Germanici Cæsarî laudem Historici prædicarunt. In ejus aspectu sapientia, moderatio, liberalitas, candor, et cum majestate mista suavitas, feliciter coëunt: ita ut, animi quod dicitur index, omnibus cognatis virtutibus verissime respondeat. Hinc geminata Suetonio fides scribenti—“Omnes Germanico corporis animique virtutes, et quantas nemini cuiquam, contigisse satis constat.”

Sardonyx eximiæ pulchritudinis; inferiori strato subfusco, superiori candido. Excis.

XII



XII.

Germanicus en toge : Buste, avec la couronne de Laurier ; la Tête est de face en relief, et a beaucoup de saillie. Très bel ouvrage.

SI jamais il peut être permis de juger les hommes sur le témoignage d'une phisionomie heureuse, tout ce que les historiens nous disent de Germanicus paroît attesté par cette pierre. Sagesse, modestie, candeur, libéralité, cet heureux, et rare assemblage de douceur et de majesté, tout en un mot ce qui gagne les cœurs se lit sur ce beau visage, de sorte que ce qu'on appelle ordinairement le miroir de l'ame, paroît ici rendre fidèlement son caractère.

Cette pierre confirme le témoignage de Suétone, qui dit que Germanicus possédoit à un point éminent toutes les grâces du corps, et toutes les vertus de l'ame.

Sardoine d'une très grande beauté ; la couche inférieure tire sur le brun, celle de dessus est blanche. Camée.

XIII.

*Agrippinæ Majoris, Uxoris Germanici et Caligulæ Matris,
Caput laureatum, sub effigie Dianæ, absolutissimo opere per-
fectum.*

FœMINAS Regias et Imperatrices inter Divos fuisse
relatas satis constat; et Cereris, Isidis, aliarumque
Dearum, titulis et insignibus ornatas. Hoc in Sabinæ,
Matidiæ, Marcianæ, et in utriusque Faustinæ nummis,
videre est. In Mytilenæorum epigraphis Θεὸν Γερμανικὸν καὶ
Θεὰν Ἀγριππινὴν legimus. In nummis Milesiorum Agrippina
Palladis habitu galeata conspicitur. Hinc non est, cur
miremur, si in hâc gemmâ sub personâ Dianæ, cum Deæ
venatricis pharétrâ, appareat. Mira oris venustas; totiusque
vultûs forma egregia: quin ea vestis subtilitas, et elegantia,
qualis Fœminæ Regiæ, et Divi Augusti nepti, conveniat.

Sardonyx bicolor, pulcherrimus; medio strato albo, infimo
ac supremo subfuscis. Excis.

XIII



XIII.

*Agrippine l'aînée, Femme de Germanicus et Mère de Caligula,
en Diane : Tête couronnée de Laurier ; ouvrage des plus
parfaits.*

ON connoît assez la coutume si ordinaire à Rome d'accorder les honneurs divins aux Impératrices et aux autres femmes, qui étoient de la famille des Empereurs ; et de les représenter avec les attributs d'Isis, de Cères, et des autres Déesses. Nous en voyons des exemples fréquens sur les médailles de Sabine, de Marciane, de Matidie, et de l'une et de l'autre Faustine. Celles de la ville de Mitylène ont souvent cette inscription :

Le Dieu Germanicus et la Déesse Agrippine.

Cette dernière se voit aussi en Pallas, le casque en tête, sur celles des Milesiens.

Nous ne devons donc point nous étonner, si nous la voyons ici en Diane, avec le carquois de la Déesse des Forêts. Le visage est très beau, surtout la bouche, qui est des plus gracieuses : On ne sauroit trop admirer la finesse et l'élegance de l'adjustement, qui répond parfaitement à l'idée qu'on a, de la parure d'une Princesse, petite fille d'Auguste.

Très belle Sardoine de deux couleurs : la couche du milieu est blanche ; celles qui sont au dessus et au dessous tirent sur le brun. Camée.

XIV.

Ejusdem Agrippinæ, sub effigie Cereris, Caput elegantissimum.

Epigraphe ; ΑΓΙΑΣΙΟΥ.

EX operibus, quæ summus artifex Aspasius ediderat, duo exemplaria exhibuit Dominus Philippus de Stosch. Horum alterum Jovis est caput; cuius archetypum in thesauro Medicæ Florentiæ conservatum viderat. Alterum, Minervæ salutiferae protome; quod idem Romæ ex dactyliothecâ Ottobonianâ deprompsit. Tertium hoc, ejusdem artificis opus, nescivisse eum credibile est: nam si rescivisset, nunquam ejus ectypum inter præstantissima sculpturæ exemplaria inserere omisisset. In hâc gemmâ Agrippinæ pectore tenuis imaginem Cereris habitu instructam videmus: unde diversas eam personas induisse constat. Nam ea fuit Principum licentia simul, et arrogantia, ut Deorum Dearumque omnium et titulos et insignia ad arbitrium vendicarent.

Corneolus pulcherrimus. Incis.

XIV



XIV.

La même Agrippine sous la figure de Cères : Tête des plus élégantes ; avec cette Inscription, ACPIACIOY.

ON trouve deux ouvrages du célèbre graveur Aspasius parmi les pierres gravées tirées des principaux cabinets de l'Europe, et expliquées par le Baron de Stosch. L'une est une tête de Jupiter tirée du trésor de Medicis à Florence : La seconde est une tête de Minerve la secourable ou Déesse de la Santé tirée du cabinet du Cardinal Ottoboni.

Il est vraisemblable, que Mr. de Stosch n'avoit pas connoissance de la belle pierre, que nous rapportons ; car, s'il l'eut connue, il n'auroit pu se dispenser de lui accorder aussi une place parmi les chefs d'œuvre de l'art. Agrippine est ici en Cères, ce qui prouve, qu'elle s'est fait graver sous differens caractères. Effectivement la licence des Princes étoit sans borne à cet égard, et ils ne se faisoient aucun scrupule de s'arroger tour à tour les attributs et les titres de tous les Dieux et de toutes les Déesses, selon qu'il convenoit à leur caprices, ou à la fantaisie du moment.

Très belle Cornaline. En creux.

Galbæ Caput Laureatum.

EXTINCTA gente Cæsareâ, sero ad imperium capessendum accessit Galba: homo non virtutis omnino expers; sed rigidus nimis, et censorius: qui temporibus non obsecutus, verum severitate, plusquam pateretur sæculum, usus, dominatione cito excidit. Prætorianis militibus pecuniam flagitantibus, eligere dixit sese, non emere, milites: quæ vox acerbitatem nimiam indicavit; eâ præsertim tempestate, que maximam indulgentiam et comitatem postulavit. Fuisse dicitur justâ staturâ, cœruleis oculis, adunco naso, et capite præ senectute calvo: quæ capitis deformitas, nec in gemmis, nec in nummis, apparet; utpote in gratiam plerumque, et adulacionem effectis. A militibus in foro trucidatus est, imperio paulo plus septemmestri potitus; ætatis anno septuagesimo tertio.

Achates bicolor, fundo pellucido, superiori strato candido.
Excis.

XV



XV.

Galba : Tête couronnée de Laurier.

LA race entière des Césars étant éteinte, Galba parvint enfin à l'empire dans sa vieillesse. Ce n'étoit point un homme, qui manquoit absolument de vertus, mais il n'avoit aucune de celles, qui convenoient aux tems dans lesquels il vivoit. Trop austère et trop attaché aux mœurs anciennes, il ne se vit guères sur le trône, que sa sévérité deplacée l'en fit descendre. Ce fut lui, qui répondit aux troupes Prétoriennes, qui s'étoit ameutées pour lui demander de l'argent, qu'il savoit choisir des soldats mais non pas les acheter ; mot dur en lui-même, et surtout deplacé dans des circonstances, où les princes étoient obligés de se soutenir par l'indulgence, et par l'affabilité. Il étoit de moyenne taille ; il avoit les yeux bleus, le nez aquilin ; il devint chauve avant que d'être vieux, mais cela ne se voit point sur les pierres gravées, qu'on a de lui, non plus que sur ses médailles ; ces espèces d'ouvrages étant, comme on le scait, pour la plupart des tributs offerts par l'adulation, ou bien consacrés à l'amitié. Il fut assassiné dans la place publique par les soldats dans sa 73^{ème} année, après avoir regné sept mois.

Agathe de deux couleurs: le fond est transparent, la couche supérieure blanche. Camée.

XVI.

Ejusdem Galbae Caput.

HÆC ejusdem Imperatoris effigies, sicut prior, comata est; in aliis rebus dissimilis: Quæ res in Imperatorum nummis non raro occurrit. Nam cum in diversis locis sunt percussi, non utique eosdem habitus, nec eadem vultus cujusque lineamenta, fideliter servant; quod in cælaturis etiam obtinet. Gemma ipsa affabre polita est et perfecta: et senem exhibet septuagenario majorem biennio; difficilem quidem et severum, quam fuisse Gálbam apud historicos legimus. De coronâ, quâ caput cingitur, ambigunt docti. Sunt, qui ex Olivâ credunt confictam: Alii querneam volunt; Illiceam alii, sive Civicam esse contendunt. Postrema hæc inter coronas militares nobilissima habebatur; et a principibus præcipue usurpata est. In vestibulo Domûs Palatinæ in honorem Augusti super fores affixam legimus; quoniam, ut a Dione docemur, perpetuus hostium vitor et servator civium esset. Nullum ornementum, inquit Annæus Seneca, Principis fastigio dignius pulchriusve, quam illa corona ob cives servatos. Quamobrem eadem forte Galbae, ut servatori patriæ, extincto Tyranno, data.

Achates bicolor, fundo pellucido, superiori strato candido.
Excis.

XVI



XVI.

Autre Tête de Galba.

CETTE autre tête de Galba a des cheveux, ainsi que la première ; mais c'est presque la seule ressemblance qu'il y ait entre les deux : il ne faut pas s'étonner de cette différence ; elle se rencontre assez souvent dans les Médailles des mêmes Empereurs, ainsi que dans les pierres gravées, et vient de ce qu'étant frappées en differens lieux, elles n'ont pas toutes la même phisionomie, ni même précisément les mêmes traits du visage. Quant au travail, il est excellent et des plus soignés. C'est l'image fidèle d'un Vieillard de septante et deux ans, difficile et sévère ; tel qu'en effet l'histoire nous dépeint Galba. Les sçavans ne sont point d'accord sur sa couronne : quelqu'uns veulent, qu'elle soit d'Olivier : d'autres disent, qu'elle est de Chêne : d'autres enfin soutiennent, qu'elle est (d'Ilex) d'Yeuse : dans ce cas ce seroit la couronne civique. On sçait qu'elle passoit pour la plus honorable de toutes les couronnes militaires ; ce qui faisoit que les Empereurs se l'approprioient volontiers. On la voyoit sur la porte du vestibule du palais d'Auguste au Mont Palatin ; elle y avoit été posée, dit Dion Casse, à l'honneur de celui, qui devoit être censé vainqueur perpetuel des ennemis de l'état, et sauveur perpetuel des citoyens. Rien de plus beau s'écrie Sénèque, rien qui aille mieux à la tête d'un prince, que cet ornement qui lui a été donné pour avoir sauvé des citoyens. C'est peut-être pour cela, qu'elle aura été donnée à Galba, qu'on a regardé comme ayant sauvé la patrie, en faisant périr Néron.

Agathe de deux couleurs ; le fond transparent, la couche supérieure blanche et opaque. Camée.

XVII.

*Nervæ Togati Protome, cum Capite laureato, plenâ Facie,
anaglypho opere pulcherrimo, quod maxime prominet.*

FRUGI hominem et antiquis moribus videre est ; Nervam scilicet Principem laureatum : quem omnibus fuisse virtutibus, privatis simul atque imperatoriis, ornatum accepimus. In vultu inest severitas quedam a senectute profecta ; quam fortasse auctoritatis nomine designare foret æquius. Inest simul animi probitas ; et cum humanitate sociata gravitas : inque oculis vis perspicax et acuta, quam senium non modo non extingue potuit, sed omnino non hebetare.

Sardonyx eximiæ pulchritudinis. Excis.



XVII



XVII.

Nerva en Toge, avec la couronne de Laurier : Buste. La Tête est de face, en relief, et a beaucoup de saillie. C'est un très bel ouvrage.

NOUS voici parvenus au vrai sage ; à celui qui rappelle véritablement les mœurs anciennes : C'est Nerva couronné de laurier, Prince qui, au rapport de l'histoire, possédoit toutes les vertus d'un empereur, et d'un particulier. On voit sur son visage une espèce de sévérité, fruit des années, et que pour cette raison il seroit peut-être plus juste de qualifier du nom d'autorité : On y distingue aussi la probité de l'ame, et la gravité tempérée par l'humanité : enfin on y voit des yeux vifs et perçans, que l'age non seulement n'a point pu éteindre, mais dont il n'a pas même réussi à ternir le lustre.

Tres belle sardoine. Camée.

XVIII.

Ejusdem Nervæ Caput.

JUDEX summus, cuius mentionem et feci, et saepius facturus sum, hanc ejusdem Imperatoris imaginem, omnium, quotquot obliquâ facie finguntur, optimam esse prædicavit. Torvus profecto vultus, et lineamenta duriora; utpote non in adulacionem efficta, sed fideliter ad veritatem composita et expressa. Opus ipsum, quatenus ad artem spectat, probe et affabre consummatum est.

Amethystus. Incis.



XVIII



XVIII.

Autre Tête de Nerva.

AU jugement de l'excellent connoisseur, que j'ai déjà eu occasion de citer, et que je citerai encore souvent dans le cours de cet ouvrage, cette tête en profil du même Nerva est le meilleur morceau de ce genre, qui nous soit resté. Il est vrai, que c'est un portrait fidèle, et non pas un des ouvrages produit par l'adulation ; L'air de l'Empereur est farouche, et les traits de son visage sont un peu durs ; mais du côté de l'art le travail est excellent.

Améthyste. En creux.

XIX.

*Marcianæ, Trajani Sororis, Caput, elegantissimâ manu
inscalptum.*

EXTAT nummus Trajani, in quo sub Jovis habitu Imperator conspicitur: ad sinistram apparet Uxor Plotina sub effigie Junonis: ad dextram adstat Soror carissima Marciana ornatu Minervæ. Per celebris fuit inter has fœminas regias concordia: “quibus,” inquit Plinius, “in unâ domo, parique “fortunâ, nullum certamen, nulla contentio.” Iterumque ad Trajanum idem: “Cum te utraque effusissime diligit; “nihil suâ interesse putant, utram tu magis ames.” Panegyr. His præconiis patet, quali fuerit Trajanus in Sororem animo, quam in eodem atque Uxorem honore et confidentiâ habuit.

Marcianæ capilli egregie ordinati sunt, digestique: atque exinde licet cognoscere, quantum sumptûs, quantum etiam studii ac laboris, impendebat olim fœmina, ut ad sæculum se componeret. Multa tulit, fecitque, ut innuit Prudentius, priusquam

Turritum tortis caput accumularet in altum
Crinibus.

Intercedit cognatio quædam, atque operis similitudo, inter hanc gemmam, atque illam Juliæ Sabinæ, Titi Filiæ; quam in thesauro Sancti Dionysii Parisiis Scriptores conservatam memorant; et cuius exemplar in Gemmis suis Literatis edidit Dominus Philippus de Stosch. Unde harum rerum periti ab eodem artifice Euodo elaboratam hanc credunt.

Corneolus. Incis.

XIX



XIX.

Marciane, Sœur de Trajan : Tête de la plus grande élégance.

IL existe une médaille de Trajan, dans laquelle l'Empereur paroît sous la figure de Jupiter ; sa Femme Plotine est à sa gauche en Junon ; et la chère Marciane sa Sœur à sa droite en Minerve. Il y a peu d'exemples d'union aussi parfaite, que celle, qui régnait entre ces femmes illustres, qui (c'est Pline que je cite) vivant sous le même toit et d'un rang égal, n'eurent cependant jamais de dispute. Elles vous aiment l'une et l'autre passionément, (c'est toujours le même Pline qui écrit, et qui écrit à Trajan) elles vous aiment l'une et l'autre éperdument, et ni l'une ni l'autre n'a jamais pensé, qu'il lui importât de savoir laquelle des deux vous aimiez le plus. Ces éloges répétés montrent assez la façon de vivre de Trajan avec sa Sœur, qu'il considérait à l'égal de sa Femme, et à laquelle il accordait les mêmes honneurs. Il y a une recherche extrême dans la manière dont les cheveux de Marciane sont arrangés ; on voit par là à combien de dépense et de peine étoit obligée une femme, qui vouloit se conformer à son siècle ; combien (pour me servir de la parodie de Prudentius sur Horace) elle avoit à souffrir et à faire,

Avant que ses cheveux, frisez en triple étage,
Transformassent en tour son énorme visage.

Les connoisseurs remarquent une grande ressemblance entre le travail de cette pierre, et celui de la Julia Sabina, qu'on conserve dans le trésor de Saint Denys, et qui a été rapportée par le Baron de Stosch dans son ouvrage sur les Pierres Gravées Antiques, sur lesquelles les Graveurs ont mis leur nom. Cela a fait penser, que celle-ci étoit aussi du même Evodus.

Cornaline. En creux.

XX.

*Sabinæ, Hadriani Uxor, Caput, exquisitissimo opere, a
præstantissimo lithographo inscalptum.*

SABINÆ comas multâ arte dispositas videmus, crebrisque distinctas cirris; non secus atque in Marcianæ vidimus capite, cuius supra mentionem fecimus. Idem comarum habitus in Vitellii, Domitian, et utriusque Antonini, nummis occurrit: in quibus Fœmina Regiae, et consortes Imperii, flexis capillis, et mirum in modum ædificatis, insertis insuper unionibus et gemmis, conspiciuntur. Vix credibile est, in quantum muliebris iste luxus evasit. Hinc in Nobilium familiis insignis fuit, et magni momenti, capillorum præfectura: cui muneri inserviebant mulieres in capillitio torquendo, dirigendo, et animando, exercitatæ. Ornatrixes hæ vocatæ sunt; et non levi in honore habitæ. Duas memorat Ovidius, Napen, sive Nepen, et Cypassidem, eodem ministerio insignes. Extat sexto fere ab urbe Româ milliari vetus Inscriptio, quam exhibit Gruterus.

LIVIAE. NEPE URICIA
ORNATRIX.

Apud eundem est ejusdem argumenti altera:

CINERIBUS. HAMILLAE ALPIONIAE.

QUINTAE ORNATRICI.

Succinas comas Poppææ celebrant Historici, quas eo nomine ob claritatem nitoremque nobilitavit Nero. Has ipsa, cum in speculo non bene dispositas, et mutatas paulo, conspexerat, exhorruisse dicitur; et mori potius quam canescere exoptasse: quod quidem, si quid esset boni, ex voto evenit. Longum calamistri tedium sustinuisse Sabinam necesse est, priusquam lauta illa fieret comarum dispositio, et ipsa foras probe cirrata prodiret. Inter numismata Hadriani non pauca sunt, quæ pudicitiam Sabinæ, et cum marito concordiam prædicant. Non desunt tamen Scriptores, qui eam adulterii suspectam, et veneno sublatam, narrant. Secundum alios, injuriis affecta sibi mortem ultro conscivit.

Corneolus. Incis.

XX



XX.

Sabine, Femme d'Hadrien: Tête du plus excellent travail, gravée en creux par un des meilleurs graveurs de l'antiquité.

VOICI encore des cheveux arrangés avec beaucoup d'art et frisés en plusieurs boucles, comme ceux que nous venons de remarquer sur la tête de Marciane. On voit la même espèce de coiffure dans les médailles de Vitellius, de Domitien, et des deux Antonins : les Impératrices et les Princesses du sang y sont toutes représentées avec des frisures extrêmement hautes ; elles ont de plus des perles ou des pierres précieuses dans les cheveux.

Il est presque incroyable jusques à quel point ce luxe de femme avoit été porté à Rome. Il n'y avoit presque aucune famille distinguée, dans laquelle il n'y eut une charge intitulée, L'Intendance des Cheveux, charge d'une très grande conséquence et très recherchée : les femmes qui étoient destinées à ce ministère, et qui étoient chargées du soin de friser, d'arranger, et s'il est permis de se servir de ce terme, de donner de la vie aux cheveux, étoient appellées Ornatrices : Elles jouissoient d'une grande considération. Ovide nous a conservé le nom de deux de ces femmes, qui s'étoient distinguées. L'une s'appelloit Napé, ou Nepé, et l'autre, Cipassis. Voici deux anciennes Inscriptions rapportées par Gruter ; la première est proche d'une milliaire à six milles de Rome.

LIVIAE NEPE URICIA
ORNATRIX.

Voici l'autre,

CINERIBUS HAMILLAE ALPIONIAE
QUINTAE ORNATRICI.

Tous les Historiens parlent des cheveux ambrés de Poppée ; ce nom leur fut donné par Néron à cause de leur clarté et de leur luisant extraordinaire. Poppée en étoit si vaine, qu'y ayant remarqué un petit changement un jour qu'elle se regardoit au miroir, elle frémît d'horreur et s'écria plutôt mourir que de vieillir ; bonheur, si c'en est un, qui lui fut accordé. Pour revenir à Sabina, elle a du souffrir beaucoup assurément avant que le bel édifice de ses cheveux fut arrangé de façon à pouvoir paroître honnêtement en public. Dans plusieurs Médailles de Trajan il est question de sa chasteté, et de l'union dans laquelle elle vécut avec Hadrien. Il s'est cependant trouvé des historiens, qui prétendent, qu'elle fut soupçonnée d'adultère, et qu'elle fut empoisonnée ; mais d'autres disent, que le mauvais traitement, qu'elle reçut, fut cause, qu'elle se donna elle-même la mort.

Cornaline. En creux.

XXI.

Antinoi Caput, cum Pectore velato.

PLURIMÆ gemmæ in speciosi hujus juvenis Bithyni memoriam scalptæ sunt: multa etiam numismata ab Ægyptiis, Phrygiis, Tyanæis, Byzantiis, aliisque populis et civitatibus in ejusdem honorem percussa. Fuisse videtur staturâ et specie egregiâ; et ob exquisitam membrorum compositionem mirabilis. Vultûs insuper lineamenta adeo accurate a naturâ formata, ut quasi *κανόνα*, sive normam quandam pulchritudinis, ad quam spectarent Artifices, præbuerint. Cirratis capillis, pulchris quidem, sed plerumque neglectis, conspicitur: et cervice non erectâ, sed paulum inflexâ; et leniter inclinato corpore. Unde patet, non adeo fuisse eum adquisitâ elegantiâ, quam naturali quâdam dignitate, et virili, spectabilem. Gemma ipsa est omnium, quotquot in ejus gratiam scalptis temporum calamitatibus superesse contigit, longe præstantissima: et exemplo docet, artis hujus gloriam nondum etiam apud sequioris ævi Græcos imminutam; cum clarius videmus Artificem, non Dioscoride, Solone, nec Pyrgotele minorem.

Achates niger, colore micantissimo. Incis.



XXI



XXI.

Antinoüs. Tête ; avec cette Inscription ANTI.

NOUS avons beaucoup de Pierres gravées à l'honneur de ce beau jeune homme de Bithynie, dont il reste aussi plusieurs médailles frappées par les Egyptiens, les Phrygiens, les Tyaniens, les Bysantiens, et d'autres villes. Il étoit grand et très bel homme ; tous ces membres étoient dans les plus exactes proportions, et les traits de son visage paroisoient avoir été dessinés par la nature, afin de servir de règle à l'art. On le voit ordinairement sur les médailles, avec des cheveux en boucles, beaux, mais en désordre ; le cou un peu panché sur l'épaule ; et le corps pas tout à fait droit : preuve, qu'il ne devoit, qu'à la nature, sa beauté mâle et vigoureuse. Quant à la pierre, dont il est présentement question, c'est de beaucoup la plus belle de toutes celles, qui ont échappé au malheur des tems : elle sert aussi de preuve que, quelque inférieurs qu'ils fussent à d'autres égards, l'art ne s'étoit point encore dégradé parmi les Grecs du tems d'Adrien ; puisque nous voyons ici l'ouvrage d'un Artiste, qui ne le céde en rien aux Dioscorides, aux Pyrgotèles, et aux Solons.

Agathe noire, extrêmement brillante. En creux.

XXII.

Caracallæ Togati Protome, Facie plenâ.

QUALIS fuerit Bassianus Caracalla, vultu indice judicare possumus: hinc enim patet aditus, unde in ipsam animam introspicere datur, et ferocitatem viri et truculentiam dignoscere. Hic est ille, qui medicos, quod patris mortem non accelerassent, interemit: cui nupsit patris vidua: qui civitatem, et Italiam cædibus replevit: qui suâ manu fratrem Getam in ipsius matris sinu occidit. Quam ob causam, cum aliquando titulos suos recensens, se Parthicum, Arabicum, Germanicum, insolentius nuncuparet, dixisse fertur adstantium unus, acerbo usus joco, Adde, si libet, Geticum. Instrumentum cædis gladium in templo Jovis, quasi optime de Diis meritus, consecravit. Papinianum insuper, quod parricidium istud oratione nolle defendere, interfecisse dicitur. Erat Alexandri Magni in primis æmulator; unde asperam et trucem induebat frontem: et cervice ad lævum humerum inclinatâ plerumque incedebat.

Caput ex alabastro orientali: reliqua pars ex orientali achate. Tota effigies sardonychi ope glutinis adhæret, anaglypho opere, quod maxime prominet. Excis.

XXII



XXII.

Caracalla en Toge. Buste : la Tête est de Face.

SON aspect démontre assez quel espèce d'homme c'étoit, que ce Bassianus Caracalla : c'est une clef fidèle, qui nous découvre l'intérieur de cette ame féroce et sanguinaire. Oui, voilà celui, qui assassina les médecins de son père, parcequ'ils avoient refusé de hâter sa mort : qui en épousa la veuve, dès qu'il eut fermé les yeux : qui remplit Rome et toute l'Italie de carnage : qui de sa propre main poignarda son frère Géta entre les bras de leur mère commune : qui consacra dans le temple des dieux, le glaive, avec lequel il avoit commis le crime : et qui fit mourir Papinian, parcequ'il avoit refusé de prononcer une harangue pour justifier ce parricide : actions d'horreur, actions inouies jusqu' alors ; et qui lui attirèrent ce terrible mot, lorsque un peu après repassant avec complaisance ses différens titres de Parthicus, d'Arabicus, de Germanicus, un de ceux, qui étoit présent, s'écria ; Ajoutes y aussi, si tu veux, Géticus. Emule au reste déclaré d'Alexandre le Grand, ce monstre cherchoit encore à ajouter à la férocité naturelle de son regard ; et il affectoit presque toujours de marcher la tête panchée sur l'épaule gauche.

La Tête est d'albâtre oriental ; le reste est d'agathe orientale : l'ensemble est collé sur une sardoine. Camée.

XXIII.

Caracallæ Caput Laureatum.

EJUSDEM Imperatoris caput videmus, sed obliquâ facie, et fronte minus caperatâ: unde illa nimia severitas avertitur, quam in priori abominati sunt, qui intuebantur, et execrati. Plurima numismata in honorem Caracallæ ab Antiochensibus, Tyriis, aliisque Imperii Romani civitatibus, sunt percussa: in quibus idem cernitur aspectus; atque eadem fere vultûs lineamenta, quæ in hâc egregiâ coelaturâ exprimuntur. Ea autem similitudo præcipue notanda est in nummo apud Philippopolim Thraciæ cuso; quâ in urbe ludos Pythios in honorem Alexandri Magni (nam is urbem condiderat) restauravit. Huc pertinet quod de eo refert Herodianus, Scriptor Græcus. Ἐπεὶ δὲ παρὰ τῷ Ἰστρῷ, κ. τ. λ. Sed ubi milites disposuerat apud Danubium, atque in regionem Thraciæ Macedonibus conterminam venerat, continuo Alexander alter evasit: nam et memoriam Regis omnibus modis renovavit.

Achates pallide carneus, fundo nigro ope glutinis adhærens.
Excis.

XXIII



XXIII.

Caracalla. Tête couronnée de Laurier.

VOICI une autre tête du même Empereur ; mais elle est de profil, et le front est moins renfrogné que dans la première ; ce qui fait qu'elle ne présente pas cet aspect atrocement sévère, qu'on ne pouvoit voir sans horreur. Le peuple d'Antioche, ceux de Tyr, et de plusieurs autres villes Romaines frappèrent des médailles à l'honneur de Caracalla : elles ont toutes le même air, et à peu près les mêmes traits, qu'on découvre sur cette belle pierre gravée : mais on doit surtout remarquer la ressemblance de cette dernière à une médaille de Philippopolis ville de Thrace, où Caracalla avoit rétabli des jeux Pithiens à l'honneur d'Alexandre, qui avoit fondé la ville. C'est à quoi a trait ce passage d'Hérodien écrivain Grèc, qui commence par Ἐπεὶ δὲ παρὰ τῷ Ἰστρῷ, κ. τ. λ. Mais après que Caracalla eut disposé ses soldats le long du Danube, et qu'il fut entré dans le païs de la Thrace, il devint véritablement un second Alexandre : car il en rappella le souvenir de toutes les manières.

Agathe de couleur de chair, un peu pâle ; et collée sur un fond noir. Camée.

XXIV.

*Juliae Domnæ, Severi Uxor, Caput pulcherrimum, cum Pectore
velato.*

JULIA Severi, quæ vero ac patrio cognomento Domna vocabatur, Antonini Caracallæ mater fuisse creditur. Quæ res ab Oppiano poetâ quodammodo confirmatur, cum de Antonino illo verba facit.

Ὀν μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο Δόμνα Σέβηρῳ.

Hanc Julianam imbutam fuisse literis Græcis, et philosophiæ studiis deditam memorant, qui de eâ scripserunt; vitiis tamen non paucis inquinatam. Ea maritum suum, alioqui durum et immitem, adeo sibi devinxerat, ut infamem adulteriis, et conjurationis consciam, dimittere non potuerit: imo prudens et sciens ad mortem usque retinuit. Cum plurima in ejus honorem numismata apud Emesenos, Carrhenos, aliasque Asiae simul, et Europæ populos, cusa sunt, idem propemodum vultus occurrit; eademque comarum dispositio fere in omnibus conspicitur. In hâc effigie scalpendi modus durior paulo videatur; neutiquam tamen artificio caret; sed a doctissimâ cujuspiam manu consummatum est.

Aqua marina. Incis.



XXIV



XXIV.

Julia Domna, Femme de Sévère. Tête.

JULIA, dont le vrai nom est Domna, passe pour avoir été Mère d'Antonin Caracalla, ce qui est en quelque sorte confirmé par un vers, qu'on trouve dans un endroit du poëte Oppian, où il est question de cet Antonin ; et dont le sens est :

Qui de Domna nâquit au grand Sévère.

Ceux, qui nous ont laissé des mémoires de cette Julia, la représentent comme adonnée à l'étude du Grec et de la Philosophie ; mais souillée de tous les vices : Elle conserva cependant l'ascendant qu'elle avoit pris sur son mari, homme intractable et cruel pour les autres, mais qui continua de vivre avec elle jusqu'à sa mort ; quoique ses infames adultères ne lui fussent point inconnus, non plus que les conjurations dans lesquelles elle avoit trempé contre lui. Il nous reste plusieurs de ses médailles frappées par les Emesènes, les Carrènes, et d'autres peuples, tant de l'Europe que de l'Asie ; mais l'air est le même dans toutes, ainsi que la disposition des cheveux. Pour ce qui est du travail de cette pierre, il est un peu dur ; l'art cependant n'y manque point ; et c'est certainement l'ouvrage d'une main très savante.

Aigue marine. En creux.

XXV.

Laocoontis Caput.

LAOCOONTIS statuam in Titi Imperatoris domo positam esse memorat Plinius: quam maxime collaudat; utpote opus omnibus et picturæ et statuariæ artis exemplaribus præponendum. Ad hanc conficiendam tres summi artifices communi consilio laborasse dicuntur; Polydorus, Agesander, et Athenodorus, Rhodii: quorum ultimum, Athenodorum, Polycleti fuisse discipulum ex eodem Plinio constat. Hæc eam ob causam refero; quoniam hoc sibi exemplum ad imitandum proposuisse credibile est Scalptorem, qui hanc ejusmodi argumenti gemmam incidere aggressus est. Convenit enim cælatura, quoad suppetit locus, in dispositione capitis, vultusque lineamentis; animi etiam et corporis affectibus: postremo in ipso, ut ita dicam, oris ejulatu; quem quodammmodo exprimi, et efferri videmus.

Amethystus. Excis.

XXV



XXV.

Laocoön. Tête.

IL y avoit une statue de Laocoön dans le palais de l'Empereur Titus, que Pline, qui en parle, n'hésite pas à mettre au dessus de tout ce que la sculpture et la peinture offroient de plus parfait ; c'étoit selon lui un ouvrage fait de concert par trois grands artistes de Rhodes ; savoir Polydorus, Agé-sander, et Aténodorus ; dont le dernier, au rapport du même Pline, étoit disciple de Polyclète. J'en parle, parce qu'il est vraisemblable, que celui, qui a gravé cette pierre, a eu en vue d'imiter la statue ; même disposition de cheveux ; mêmes traits de visage ; même expression ; en un mot, et s'il est permis de parler ainsi, même cri convulsif de douleur, qu'on croit entendre, et voir pousser.

Améthyste. Camée.

*

XXVI.

Semiramidis, vel potius Musæ, Caput cum Pectore.

SEMIRAMIDIS hanc esse effigiem diu obtinuit opinio, et propemodum inveteravit. Diligentius tamen intuenti vix erit dubium, quin Musarum una designetur; et eadem fortasse, quæ historiæ præsidet, vel poësi. Quod pro sceptro habebatur, proculdubio libellus est, sive volumen: cuius ad medium ligamentum appetat; et ad extremam partem cornu. Parum interesse videatur, quo nomine vel titulo honestetur scalptura, cum opere sit egregio; et ab artifice Græco perittissimo profecta.

Corneolus. Incis.



XXVI



XXVI.

Semiramis; ou bien une des Muses. Tête à demi-corps.

C' A été une opinion long temps reçue, que la Femme, que nous voyons sur cette pierre, étoit Sémiramis ; en l'examinant cependant de plus près, je suis porté à la prendre pour une des Muses, Terpsychore peut-être, ou la Muse qui préside à l'histoire. Ce, qu'on a pris jusqu' ici pour un sceptre, est sans contredit un livre ; au milieu duquel on découvre un lien, et à l'un des bouts une corne. Quoi qu'il en soit au reste, (et dans le fond cela importe fort peu à savoir) c'est sans contredit un très bel ouvrage, et qui a dû sortir des mains d'un des premiers artistes de la Grèce.

Cornaline. En creux.

XXVII.

Minervæ Alcidæ Caput galeatum: operis egregii.

NON defuerunt, qui hoc eximiæ pulchritudinis caput
Alexandro Philippi adjudicarent: quod idem in nummis
in ejus honorem percussis nonnunquam appareat. Sed figuræ
venustas, moliores vultùs tractus, et exquisita linearum ter-
minatio, muliebre secus, non virile, planissime demonstrant.
Præterea in eo judicio ferendo duæ res, observatu dignissimæ,
neglectæ sunt: quas tamen prætermitti omnino non oportuit.
Non reputabant judices figuram, de quâ lis est, cum Alexandri
in signis et in nummis vultu neutiquam convenire: et præ-
terea, si in nonnullis Alexandri occurrat, eandem in Philippi
nummis, ipsius nomine signatis, perinde conspici. Hoc autem
Philippi nomen non ad iconem pertinet, sed ad numisma,
ut, cujum sit, designetur. Nam idem in nummo vultus vix
potest ad patrem simul atque ad natum referri. Sed re vera
ad neutrum pertinet. Minervæ scilicet, Deæ tutelaris, caput
est, quam Macedones apprime venerabantur, et summis pro-
secuti sunt honoribus: quam etiam Alcidam nuncupabant.
Hinc Titus Livius, de Perseo Rege verba faciens, narrat eum
centum hostias sacrificio Minervæ, quam Alcidam vocabant
Macedones, regaliter obtulisse. Eadem Dea, eodem habitu
ac vultu, in diversarum civitatum nummis conspicitur. Nam
non modo Pellæi, sed Scotussæi, Thessalonicenses, Locræ,
atque ipsi Athenienses, Minervam suam esse vendicabant; et
eodem fere usi sunt typo, ut eam exprimerent, et adornarent.
Hanc si quis cum Alexandri Magni imaginibus conferat, nihil
comparere similitudinis inter collatas inveniet. Postremo
Alexandri, sicut etiam Philippi, et facies, et habitus, suum
proprium et peculiare quoddam habent; et nimis accurate
designantur, quam ut falli quisquam possit.

Achates bicolor, superiori strato eburneo, inferiori fusco.
Excis.

XXVII



Minerve Alcida. Tête en casque, et des plus élégantes.

IL n'a pas laissé que d'y avoir des connoisseurs, qui ont pris cette superbe tête pour une tête d'Alexandre le Grand, parce qu'en effet elle se rencontre quelquefois sur les médailles de ce prince; mais outre que la beauté de la figure, la douceur des traits, et la mollesse infinie, avec laquelle tous les contours, sont arrondis en prouvent clairement, que c'est une femme, que l'artiste a voulu représenter, il y a deux choses, auxquelles ceux, qui l'ont pris pour un Alexandre, n'ont pas suffisamment fait attention; premièrement la tête en question diffère absolument de celle d'Alexandre; au moins de celles de ce prince, que nous voyons sur ses statues, et dans ses médailles; en second lieu, si elles se trouvent sur les médailles d'Alexandre, elles se trouvent aussi sur celles de Philippe son père; (j'entends sur celles, qui sont reconnues pour être de lui, parce que son nom y est, nom qui désigne le prince, auquel appartenloit la monnoye, et non pas, comme on pourroit le prétendre, la figure qui y est gravée.) Or quelle apparence, que le père et le fils aient eu précisément la même phisionomie: le fait est, que ce n'est ni l'un ni l'autre, que l'on voit ici; mais bien Minerve Déesse tutélaire de la Macédoine, ou elle recevoit les plus grands honneurs, et ou elle étoit reverée sous le nom d'Alcida: c'est ce qui a fait dire à Tite Live, que Persée offrit cent victimes, (sacrifice, ajoute l'historien, vraiment digne d'un Roi) à la Minerve, que les Macédoniens appelloient Alcida. La même Déesse, avec le même air et les mêmes attributs, se voit aussi sur les médailles de plusieurs autres villes; car ce n'étoit pas seulement la Minerve des Pelléens, mais aussi des Scotusséens, des Thessaloniciens, des Locres, et mêmes des Athéniens, qui tous se sont servis à peu près des mêmes symboles pour la désigner. S'il reste encore des doutes, on n'a qu'à comparer cette pierre avec les portraits d'Alexandre, et l'on verra, qu'il n'y a pas la moindre ressemblance; ressemblance cependant, qui auroit dû exister, s'il étoit vrai, que ce fut ici un portrait d'Alexandre; puisque les portraits de ce prince, aussi bien que ceux de son père Philippe, ont quelque chose de trop particulier dans les traits, ainsi que dans l'air, pour qu'il soit permis de s'y tromper.

Agathe de deux couleurs; la couche supérieure d'un blanc d'ivoire; l'inferieure est brune. Camée.

XXVIII.

Phocionis Caput.

PRÆCLARISSIMUM hoc opus a celeberrimo Artifice
Alexandro Cæsare, genere Italo, perfectum esse memo-
rant: qui ob artis excellentiam *Græci Magistri* cognomen
obtinuit. Hujus rei testis est Georgius Vasarius, qui de ejus-
dem Alexandri operibus verba faciens ea, quæ sequuntur, in
eius laudem profert. “ Michelagnolo Buonaroti stesso, guar-
“ dandole presente Giorgio Vasari disse, che era venuto l' hora
“ della morte nell' arte, perciochè non si poteva veder meglio.”
Idem postea de eodem Alejandro scribens hanc ipsam com-
memorat gemmam, ejusque simul opificium, quod ut præ-
stantissimum commendat. “ Vedesi ancora molti altri intagli
“ di suo man in Cammei, et perfettissima una femina igniuda
“ fatta con grande arte, et così un altro, dove è un Leone et
“ parimente un putto, et molti piccoli, che non scade ragio-
“ narne; ma quello, che passo tutti, fu la testa di *Fotione*
“ *Ateniese*, che è miracolosa, et il piu bello Cammeo, che si
“ possa vedere.”

Sardonyx pulcherrimus, cui insitæ quædam a naturâ ma-
culæ raritatem simul atque elegantiam augent: inferiori strato
subfusco, superiori eburneo. Excis.

XXVIII



XXVIII.

Phocion. Tête.

CÉ superbe ouvrage est d'Alexandre César, Italien de naissance ; que son rare talent fit nommer le Grec. Le Vasari, de qui nous tenons cette anecdote, ajoute, que Michel Ange dit de lui en présence du Vasari, qu'il falloit que l'art eut atteint son terme, puisqu'il étoit impossible d'aller au delà. Dans un autre endroit de son livre, où il est spécialement question de cet Alexandre, dont il loue infiniment l'art, le Vasari dit en autant de termes—“ Vedesi ancora molti altri “ intagli di suo man in Cammei, et perfettissima una femina “ igniuda fatta con grande arte, et così un altro, dove è un “ Leone et parimente un putto, et molti piccoli, che non scade “ ragionarne ; ma quello, che passo tutti, fu la testa di *Fotione* “ Ateniese, che è miracolosa, et il piu bello Cammeo, che si “ possa vedere.”

Très belle Sardoine, dont l'élégance et la rareté sont encore rehaussées par des taches naturelles, qu'on y découvre. La couche de dessous tire sur le brun, celle de dessus est d'un blanc d'ivoire. Camée.

XXIX.

Jovis et Junonis Capita jugata: Utrique collum deest; quod tamen auro artifex restituit.

IN Elide Jovis Olympii delubrum memoratur, religione, donis, et vetustate eximum: quod in temporibus Græciæ remotissimis Pelasgum Triopæ filium fundâsse auctor est Hyginus. Dei statua, mirandi operis, a Phidia, celeberrimo artifice, ex auro ac ebore, inusitatæ magnitudinis, perfecta est: cui inerat ea dignitas oculorum, et vultûs majestas, ut nemo eam suspicere et contemplari sine veneratione potuerit. Sedebat Deus in throno, aspectu gravis, barbâ densâ et promissâ, et crinibus laureâ revinctis. Idem Dei vultus habitusque in Dyrrhachinis, aliarumque civitatum, nummis conspicitur. Delubro Jovis vicina erat aedes Junonis, quæ eodem colebatur ritu: ubi etiam in ejus honorem quinquenalia certamina, Olympicorum æmula, a mulieribus instituta sunt. Hinc cum Jove sociata non raro occurrit: et in hâc gemmâ ambo obliquâ facie, et jugati, ut aiunt, exprimuntur. Quæ duæ diverso charactere facies non male coire et componi videntur: cum altera alteri inservit; et Jovis mascula dignitas egregiam Deæ venustatem abunde commendat et illustrat. Opus sane absolutissimum; et ab artifice Græco, eodemque peritissimo, perfectum.

Achates, inferiori strato cinereo, superiori albo. Excis.

XXIX



XXIX.

Jupiter et Junon : Têtes accolées. Le cou des deux est restauré en or.

TOYT le monde a entendu parler du temple de Jupiter Olympien en Elide; temple également célèbre par sa vétuste, par les richesses qu'il contenoit, et par l'extrême devotion, avec laquelle on y abordoit de toute part; selon le rapport d'Hygin, il avoit été bâti dans les tems les plus reculés par Pélasgue fils de Tryope: c'est là qu'on voyoit la fameuse statue du Père des Dieux, et des Hommes; ouvrage immense de Phidias, partie en or et partie en ivoire; mais d'une si grande vérité, ou si j'ose m'exprimer ainsi, d'une si grande majesté d'expression; surtout dans l'air et dans les yeux, qu'on ne pouvoit en approcher, sans se sentir saisi de vénération et de crainte. Le Dieu étoit assis sur son trône, il avoit l'aspect grave, la barbe épaisse et longue, et la couronne de laurier autour de la tête: c'est précisément ainsi qu'on le voit sur les Médailles de Dyrrachium, et de quelques autres villes.

A côté du temple de Jupiter, Junon avoit le sien: On lui rendoit les mêmes honneurs qu'à son mari: on y célébroit même des jeux solennels à son honneur; ces jeux avoient été établis par les femmes à l'imitation des jeux Olympiques, et de même que les premiers, se célébroient tous les cinq ans. Il ne doit donc pas paroître étonnant, qu'on rencontre souvent les deux têtes sur une même pierre; elles sont ici de profil, et ce qu'on appelle accolées; quoique différents, les caractères des deux visages vont fort bien ensemble; l'un fait ressortir l'autre, et les beautés mâles et prononcées de Jupiter contrastent agréablement, avec les grâces et la douceur, qu'on remarque dans la Junon. C'est un ouvrage admirable en tout point, et qui est certainement du bel âge de la gravure, et d'un bien bon artiste Grec.

Agathe. La couche de dessous est couleur de cendre, l'autre est blanche. Camée.

Veneris Caput.

DUÆ res in veterum operibus maxime expetitæ sunt; venustas scilicet et decor. Quæ res in Deâ Venere, Deorum Dearumque omnium pulcherrimâ, præcipue coire, et consistere credebantur. Quare illam præ cæteris adhibebant summi Artifices, in quâ adornandâ studium suum atque operam collocarent. Inter præcipua hujus argumenti exempla, Arcesilai, Cephissodori, Philini, Polycharmi, Phidiæ, Scopæ, Veneres, omnes exquisito artificio, memorantur. Plures recenseret Plinius: verum præ aliis illam Praxitelis laudat, quam modo ut viderent, multi multoties navigabant Cnidum. Hanc mercari a Cnidiis vehementer optavit Rex Nicomedes, totum æs civitatis alienum, quod erat ingens, se soluturum promittens. Sed valde recusabant Cives: illo enim signo Praxiteles insulam nobilitaverat. Nee minor in caelaturis gratia est, et sigillis: in quibus ejusdem Deæ effigies, pari arte et elegantiâ, ab optimis artis magistris consummata videtur. Quæ res a præsenti nostro exemplari probari potest: quo nihil unquam magis scitum et elegans comparatum est. Mira inest vultu venustas et lenocinium, quod admirationem illico accedit, favoremque demeretur. Profecto hoc pulcherrimum opus intuenti subest identidem cogitare, quam formam sibi in animo conceperat Artifex nobilis, priusquam eximium hoc et pulcherrimum sculpturæ specimen exprimere suscepisset: aut, ut Ciceronis verbis utar, qualis in ipsius mente insidebat species pulchritudinis, cuius ad similitudinem artem et manum dirigebat. Sane opificium viri magnopere est mirandum; sed mentis acumen et solertia magis. Et utcunque minutum sit opus et subtile; optimum exhibet exemplar, quod contemplari possint Artifices, atque imitari.

Sardonyx tricolor; inferiori strato nigrescente, medio albo, supremo subfusco. Excis.

XXX



IL n'est pas surprenant, que les Artistes anciens, qui cherchoient surtout la réunion de deux choses dans leurs ouvrages, savoir la grâce et la beauté, se soient attachés à représenter des Vénus: cette Déesse, la plus belle de toutes, étant, comme on le sait, le modèle le plus parfait de cette union si désirée. Parmi les statues qu'on en avoit, celles d'Arcésilas, de Céphissodore, de Philin, de Polycarme, de Phidias, de Scopas, sont souvent citées, comme des chefs d'oeuvres. Pline en nomme plusieurs autres: mais il s'étend surtout sur la Vénus de Praxitele; pour laquelle il étoit arrivé aux amateurs de faire même plus d'une fois dans leur vie, le voyage de Gnide. Le Roi Nicomède l'avoit voulu acheter des Gmidiens, et il offrit d'acquitter toutes leurs dettes, qui étoient considérables, pourvu qu'ils la lui cédassent, mais ils refusèrent constamment; alleguant pour raison, que c'étoit par cette statue, don de Praxitèle même, que leur île étoit illustrée. Voilà pour les statues de Vénus. Du côté de l'élegance et de la perfection du travail, les pierres, qui ont été gravées par les grands Artistes, ne leur cèdent en rien; on peut s'en convaincre en regardant notre beau Camée. Jamais on ne vit rien de mieux entendu, ni de plus gracieux: quelle expression de beauté! Ce regard enchanteur ensemble et séduisant ne semble-t'il point obtenir ce qu'il demande, avant même que le demander? Il m'est souvent arrivé, en considérant attentivement ce bel ouvrage, de me demander quelle en a dû être le Prototype; ou pour m'exprimer avec Cicéron, quelle idée du beau avoit pénétré l'âme du graveur, pour que ses doigts lui obéissent si parfaitement. Certes, si l'on admire son travail, l'on doit admirer bien plus la finesse et la profondeur de son génie; en un mot, voici un Modèle, que malgré le petit espace dans lequel il est contenu, les Artistes ne sauroient trop étudier et imiter.

Sardoine de trois couleurs: la couche inférieure tire sur le noir, celle du milieu est blanche, et la première tire sur le brun.

Camée.

XXXI.

Bacchæ Caput, pereleganti opificio Græco exscalptum.

BACCHÆ cujusdam, non furentis et Deo concitæ, sed sanæ et temperatæ, caput cum humeris. Mira vultûs dignitas, et lineamenta oris pulcherrima: simul ubique subtilis, et vix enarrabilis, decor: quæ omnia non nisi a peritissimo artifice, eodemque Græco, provenisse certum est. Comæ non ad normam compositæ, nec tamen neglectæ penitus, aut sparsæ. A dorso pellis hinnuli, bacchantum ritu, pendet: et caput coronâ hederaceâ cingitur; cujus ad apicem appetet corymbus, sive baccarum uva. Inter Praxitelis ex marmore opera, a Plinio memorantur Thyades, sive Bacchæ. Et si in cœlaturis et ejusdem generis operibus sese exercuisset summus ille artifex; ab exquisito ipsius opificio eximium hoc sculpturæ exemplar profluxisse crediderim. Èa certe est elegantiâ, eoque studio, et artificio, consummata figura, ut eam ad præstantissimum quendam opificem, ultimamque antiquitatem, jure merito referamus.

Sardonyx bicolor: medio strato eburneo; infimo ac supremo subfuscis. Excis.

XXXI



d sanæ
guitas,
et vix
rtifice,
l nor-
e. A
orona
, sive
linio
is et
fex;
plar
dio,
um
rito

no

XXXI.

Bacchante. Tête gravée en relief; d'un excellent ouvrage Grec.

C'EST la tête avec les épaules d'une Bacchante ; non pas de celles, que l'on rencontre ordinairement, furieuse et pleine de son Dieu, mais sobre et retenue : une physionomie très noble, une bouche de la plus grande beauté, une grâce répandue par tout, mais plus aisée à saisir qu'à exprimer ; tout annonce encore ici l'ouvrage d'un des premiers artistes de la Grèce. Les cheveux ne sont pas arrangés avec art ; ils ne sont pas non plus entièrement négligés. Elle est mise en Bacchante ; c'est à dire, qu'il lui pend au dos une peau de faon, et qu'elle a sur la tête une couronne de lierre, sur laquelle on découvre le corymbe, ou groupe de grains de lierre. Pline fait mention de plusieurs Bacchantes ou Thyades sculptées en marbre par Praxitèle : Si je savois, que ce grand artiste se fut jamais exercé à la gravure en pierres fines, je croirois sans peine, que celle-ci est de son burin. Quoi qu'il en soit, on n'en peut admirer l'élegance et l'extrême fini, sans être convaincu en même tems, qu'elle est d'un des premiers maîtres, et de la plus haute antiquité.

Sardoine de deux couleurs : la couche du milieu est d'un blanc d'ivoire ; celles de dessous et de dessus tirent sur le brun.

Camée.

XXXII.

Hercules Bibax, stans, leoninâ pelle ad collum adligatâ, et a tergo dependente: sinistrâ manu clavam erectam tenet, dextrâ scyphum.

Epigraphe ΑΔΜΩΝ.

HUJUS gemmæ argumentum res satis nota est; ebrietas scilicet Herculis. Scyphus ei in manu mysticus, de quo mira narrant mythologi; atque ex illis, ea, quæ sequuntur, transtulit Macrobius. Scyphus Herculis poculum est, ita ut Liberi Patris cantharus. Herculem vero factores veteres non sine causâ cum poculo fecerunt; et nonnunquam casabundum et ebrium: non solum quod is heros bibax fuisse perhibetur; sed etiam quod antiqua historia est Herculem poculo, tanquam navigio, vectum, immensa maria transisse.—Poculo autem Herculem vectum an Ἐρυθρὰ Hispaniæ insulam navigasse et Panyasis egregius scriptor Græcorum dicit, et Pherecydes auctor est.

Quo vixerit tempore, et quis omnino fuerit hujus gemmæ scalptor Admon, non liquet. Certe manu erat promptus, et non contemmendus artifex.

Corneolus. Incis.





XXXII.

Hercule Buveur. Il est debout; la peau de lion est attachée autour de son cou et lui pend sur le dos: de la main gauche il tient sa massue élevée, et dans la droite une tasse. Avec cette inscription, ΑΔΜΩΝ.

LE sujet de cette pierre est fort connu; c'est l'ivresse d'Hercule. Il tient à la main le gobelet mystique sur lequel ont tant écrit les mythologistes: Voici ce qu'en dit " Macrobe. " La tasse d'Hercule est comme le hanap de " Bacchus; c'est pour cela que les sculpteurs le représentent " la tasse à la main, et même quelquefois chancelant et ivre; " non seulement parceque ce Héros étoit grand buveur, mais " aussi parceque l'histoire ancienne rapporte, qu'il avoit un " vaisseau à boire, dont il se servoit pour passer les mers."

Panyasis l'un des bons écrivains Grecs, et Phérécyde disent l'un et l'autre, qu' Hercule alla à Erythée, une des îles proches de l'Espagne, dans sa tasse, dont il se servit au lieu de vaisseau. Pour ce qui est d'Admon, on ignore également son histoire, et le tems dans lequel il a vécu. Ce qu'il y a de sur, c'est, qu'il n'étoit point un Artiste méprisable.

Cornaline. En creux.

XXXIII.

Bacchus stans: lœvâ thyrum, dextrâ cantharum tenet.

PARVA hujus gemmæ area, et angusti limites: mira tamen operis venustas, et multiplex gratia: quantam, nisi exemplo admoniti, vix exprimi posse putaremus. Dei effigiem ita feliciter consummatam non aliunde quam a Græco artifice, eodemque peritissimo, provenisse pro certo habeamus.

Aqua Marina. Incis.

XXXIII



tenet.
aira tamen
ni exempli
ffigiem ita
o artifice,
us.

XXXIII.

*Bacchus. Il est debout ; et il tient le thyrse de la main gauche,
et un gobelet de la droite.*

L'ARTISTE, qui a travaillé sur cette petite pierre, étoit renfermé dans de bien étroites limites ; son ouvrage est cependant très net, et il y règne une grâce, qu'on n'auroit pas cru, qu'il fut possible d'y mettre, si on ne l'y voyoit. Une figure si achevée n'a pu sortir assurément, que des mains d'un artiste Grec des plus habiles.

Aigue Marine. En creux.

XXXIV.

*Faunus Tigridis pelli insidens, caudā acutisque auribus spectabilis.
Sinistræ manus volā mento suppositā, cubitoque ad genu innexus,
caput sustinet: inter crura tibiarum par.*

Epigraphe NICOLAC.

INTER gemmas literatas, quas edidit vir hujus artis scientissimus, occurrit hæc Fauni effigies; quam lectoribus suis ut præstantissimam commendat. Et si perpendes, inquit, ejusdem lineamenta, aptamque artuum conformatiōnem, opus esse absolutissimum summi artificis dixeris. Dubitavi non-nunquam, utrum epigraphe NICOLAC ad sculptorem pertineret: et nōn pótius ad Nicomachum Musicum sub effigie Fauni sit referenda. Ejus nominis tibicinem Ismeniæ Thebano, et Dionusidoro, Choraulis, æqualem, memorat Plinius: quos ambos Philippi Macedonis, et Alexandri Magni temporibus vixisse constat. Unde hujus gemmæ scalptura Pyrgotelis opificium esse potuerit: Sed reclamat istæ Latino charactere literæ: quamvis non desunt, qui Græcas esse contendunt. Hic etiam parva area: at multiplex et exquisitus labor.

Achates niger. Incis.



pectabilis,
u innixus,
NICOAC.
s scientis-
ribus suis
s, inquit,
nem, opos
itavi non-
pertineret:
Fauni si
nebano, et
ius: quos
emporibus
Pyrgoteli
charactere
contendunt.
abor.

XXXIV.

Faune assis sur une peau de Tigre. Sa queue et ses oreilles pointues sont remarquables. Il soutient sa tête, ayant la paume de sa main gauche sous son menton, et le coude appuyé sur son genou: entre ses jambes on aperçoit deux flûtes à la Phrigienne. On lit cette inscription NICOLAC.

ON trouve cette même figure de Faune dans le recueil de pierres gravées antiques, sur lesquelles les graveurs ont mis leurs noms, par le Baron de Stosch, qui en fait les plus grands éloges. Si l'on considère, dit-il, la correction du dessin de cette figure et l'exacte proportion de ses membres, on ne sauroit disconvenir, que ce ne soit un ouvrage achevé, et d'un des premiers artistes. J'ai quelquefois eu des doutes, si c'étoit bien le nom du graveur que contenoit le mot de NICOLAC, ou bien s'il n'étoit pas plutôt question du musicien Nicomachus représenté sous la figure d'un Faune. Pline parle effectivement d'un musicien de ce nom, qui étoit contemporain d'Ismenias et de Dionusidorus deux joueurs de flûte, qu'on scait avoir vécu du tems de Philippe, et de son fils Alexandre. Si ma conjecture étoit fondée, ce pourroit être l'ouvrage de Pyrgotèle; malheureusement l'inscription, qui est en Latin, réclame contre. Tout ce qu'on peut dire, c'est, qu'il s'est trouvé des gens, qui ont soutenu que c'étoit du Grec.

C'est encore un champ peu vaste, mais un travail exquis, et de toute perfection.

Agathe noire. En creux.

XXXV.

*Athleta stans, qui dextrâ manu strigilem aversæ cervicis parti
admoveare videtur; dum sinistrâ sese ungit: juxta mensa cum
vel olei vel unguenti ampullâ.*

Epigraphe, ΓΝΑΙΟΥ.

IN hujus eximiæ et rarissimæ gemmæ cælaturâ describitur homo Athleta, concinnitate membrorum, et elegantiâ corporis, spectandus: adeoque ad omnes motus habilis et idoneus, ut modo non spirare, et movere, videatur. Et profecto exemplis docemur, nihil fuisse in grandioribus Sculptorum operibus dignum, et mirabile, quod non in his egregiis cælatorum opusculis continetur. Quid enim meriti vel Polycleti Doryphorum, vel Apollinem Myronis, vel ipsius Phidiae Jovem, habuisse putemus, quod non intra hujus pulcherrimæ gemmæ fines intulit et expressit artifex? Sane hoc præstantissimum sculpturæ specimen intuenti, ars ipsa ad ἀκμὴν pervenisse videatur, nec ulterius progredi aut promoveri posse. Cum autem de Polycleto mentio incidit, non prætereundum est, quod de celeberrimo isto artifice in libro XXXIV memorat Plinius; ubi in paucis multa complectitur. *Fecit et distingentem* (vel secundum Harduinum *distringentem*) Polycletus, *et nudum talo incessentem*: quæ omnia cum præsenti nostro exemplari mirifice conveniunt. Quare, cum ita se res habeat, nihil impedit, quin ab ipsius opificio mutuatum hoc putemus: quodque ita feliciter executus est Gnaius, a Polycleto fuisse prius consummatum.

Fuit olim hæc gemma rarissima inter κευμάτια Clementis Papæ, ejus nominis Quinti: deinde lapsu temporum in Baronis Stoschii possessionem devenit: et mox in manus viri nobilissimi Gulielmi Comitis de Bessborough, gnarissimi harum artium et fautoris egregii.

Sardonyx hyacinthinus, eximiæ pulchritudinis, quem artifices Itali Giacinto Guarnacino vocant. Incis.



rricis parti
mensa cum

TNAIOY.

describitur
gantiā cor-
et idoneus,
Et profecto
Sculptorum
regiis cala-
el Polycleti
diae Jovem,
næ gemmæ
